



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

XXXVII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad weisen die Stadt Stendal zur Beobachtung dessen an, was sie über die Bede mit den Vasallen der Mark, des Havellandes und des Landes Havelberg vereinbart ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

Confulibus, Wezzelino et Henrico de Rokez, Johanne de Thuriz, Wilhelmo de Mof-  
fun, Gerdango, Johanne de Brunfwic et ceteris pluribus fide dignis. Datum Stendale,  
anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXI<sup>o</sup>. in die Epiphanie per manum Dni. Johannis de Gardelege,  
noſtre Curie Notarii.

Nach dem Originale des Stendaliſchen Rathſarchives No. 18.

XXXVII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad weiſen die Stadt Stendal zur Beobach-  
tung deſſen an, was ſie über die Bede mit den Vaſallen der Mark, des Havellandes und des  
Landes Havelberg vereinbart haben, am 10. September 1281.

Omnibus has literas cernentibus Johannes, Otto et Conradus, dei gratia Marchio-  
nes Brandenburgenses, salutem in omnium ſaluatore. Recognoscimus et literis preſentibus  
publice proteſtamur, quod nos civitatem noſtram Stendal juſſimus firmiter obſervare uniuersa ac  
ſingula, que cum vaſallis noſtris in Marchia, nec non in aliis terris noſtris, Havelberg et Ha-  
uelland, commanentibus placitavimus ratione precarie ſive petitionis exactorie, quam ipsis in pre-  
dictis terris noſtris vendidimus, ita quod civitas Stendal predicta vaſallis et terris premiſſis, nec  
non vaſalli noſtri et terre preſcripte vice reciproca, ſtare debeant ſibi ſecundum formam privilegio-  
rum deſuper eis traditam et conſectam. In cujus rei evidens teſtimonium et cautelam preſens ſcrip-  
tum fieri juſſimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus communiri. Datum Tangermünde,  
Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXI<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. ydus ſeptembris, per manum domini Johannis de  
Bruner, prepoſiti in Grantzoyge.

Nach dem Originale des Stendaliſchen Rathſarchives No. 20.

XXXVIII. Die Markgrafen Otto und Conrad vergleichen ſich mit der Stadt Stendal wegen  
der Bede, am 20. Mai 1282.

In nomine ſancte et individue Trinitatis Amen. Otto et Conradus, Dei gratia Mar-  
chiones Brandenburgenses, omnibus has literas auditoris et viſuris ſalutem in Domino ſempi-  
ternam. Quoniam omnium habere memoriam potius eſt divinitatis, quam humanitatis, expedit ea,  
que donantur a principibus, ſcriptis authenticis roborari et fortiſſimo robore perpetue, firmitatis ad remo-  
vendam omnem calumpniam et malignorum hominum aſtuciam, que contra ipſam donationem poſſunt  
futuris temporibus ſuboriri. Inde eſt, quod notum facimus univerſis Chriſti fidelibus tam preſentis temporis  
quam futuri, et tenore preſentium publice proteſtamur, quod cum Burgenſibus in Stendal nobis  
dilectis mediante diſcretorum virorum noſtrorum provido et maturo conſilio placitando convenimus